



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. I. Negativa statuitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73455)

§. I.*Negativa ſtatuitur.*

1. CONCLUSIO. *Scientia media pugnat cum Angelica doctrina D. Thome.*

Conſtat primò, quia ut teſtatur Clemens VIII. S. Thomas D. Auguſtini doctrinam fideliffimè tenuit: eoque ex capite rectè dicitur Auguſtinus compendiatuſ: ergo non magis conſonat ſcientia media cum D. Thomæ, quàm cum D. Auguſtini doctrina.

Secundò, quia juxta doctrinam ejuſdem S. D. hætenus traditam & deinceps tradendam nulla datur veritas obſectiva futurorum contingentium ante decretum DEI, nec eſt aliquid futurum, niſi quatenus eſt determinatum in cauſa.

Tertiò, DEUS alia à ſe non aliter cognoviſcit, quàm in ſua eſſentia tanquam cauſa & medio cognito.

Quartò, Non ſemper fuit verum aliquid eſſe futurum, niſi quatenus in cauſa ſempiterna fuit, ut eſſent futura.

Quintò, Ex duobus contradicitoriis de futuro contingenti neutra eſt determinatè vera ante determinationem cauſæ.

Sextò, Cognitio divina non accipit menſuram & certitudinem à rebus, neque res ideo DEUS novit, quia ſunt futura; ſed ideo ſunt futura, quia DEUS novit.

Septimò, Ideæ divinæ non repræſentant futura, niſi ut determinatæ per divinæ voluntatis propoſitum, ex quo fiunt proximè præctica. q. 3. d. Verit. a. 6.

Octavò, Prædeſtinatio non tantum habet certitudinem præſcientiæ, ſed etiam cauſalitatis & ordinis mediatorum. q. 6. d. verit. a. 3.

Nonò, Dantur decreta ab intrinſeco efficaciæ, prædeſinitiva & prædeterminativa: ſicut & gratia intrinſecè efficaciæ.

Decimò, Neque inimpedibilitas divinæ voluntatis noſtras voluntates antecedentis cauſat neceſſitatem antecedentem, aut noſtræ officiit libertati. inf. q. 19. a. 8.

Imò undecimò, Contingentia & libertas noſtri arbitrii radicatur in infinita efficaciæ ejuſdem divinæ voluntatis, quippe ex ſe profundentis non tantum totum ens, ſed etiam omnes modos entis. ibid.

Ideoque duodecimò, Concordia libertatis cum efficaci voluntate DEI ex eadem efficaciæ divinæ voluntatis peti debet.

Decimò tertio, Scientia DEI adæquatè dividitur in ſcientiam ſimplicis intelligentiæ & viſionis. q. 14. a. 9. q. 2. d. verit. a. 4. quæ omnia principiis ſcientiæ mediæ è diametro ſunt oppoſita.

§. II.*Solvuntur obſectiones.*

1. Obſic. primò, ex q. 23. inf. a. 5. ad 1. *uſus gratiæ præſcitus* (inquit S. D.) *non eſt ratio collationis gratiæ, niſi ſecundum rationem cauſæ finaliſ.* ergo admittitur à S. D. uſus gratiæ conditionaliter præſcitus & movens ad decernendam ipſam gratiam.

Reſp. Eodem loco expreſſè ſcientiam mediæ excludi, cum S. D. in c. affirmat, totum, quod eſt ex gratia & libero arbitrio, eſſe prædeſtinationis effectum, & procedere ex divina voluntate, ſicut ex primo principio movente. Unde dicit. antec. ad mentem S. D. ratio finaliſ collationis gratiæ eſt uſus gratiæ præſcitus, præſcientiæ fundatæ in decreto intentivo ipſius uſus gratiæ, concedo, illi præſuppoſitæ, nego antecedens & conſequentiam. Nam ut ex dicendis patebit, primò DEUS intendit gloriam, & ex hoc efficaciæ mediæ, nempe merita, quæ ipſa ſunt bonus uſus gratiæ, & ex hoc vult dare principium merendi, quod eſt gratia.

Obſic. ſecundò ex 3. p. q. 1. a. 3. ad 4. ubi dicit S. D. *dicendum, quòd prædeſtinatio præſupponat præſcientiam futurorum*, ſed hæc eſt ſcientia mediæ. ergo. Reſp. negando ſubſumptum: nam ibi agit S. D. de præſcientia peccati Adami præſuppoſita ad decretum prædeſtinationis Chriſti, quæ erat præſcientia abſoluta pertinens ad ſcientiam viſionis. Senſus ergo eſt: quòd prædeſtinatio ſtrictè accepta, prout ſignificat decretum executivum unius effectûs, poſſit ſupponere præſcientiam abſolutam alterius effectûs prædeſtinationis, ſiquidem effectus prædeſtinationis ad ſe invicem ordinantur. Sicut e. g. DEUS executive prædeſtinans ſalutem, præſcit alicujus hominis orationes, per quas ipſius ſalus erit imploranda. inquit ibidem S. D.

Obſic. tertio ex q. 12. de verit. a. 10. *præſcientia excedit prædeſtinationem non ſolum in malis, ſed etiam in bonis*, ergo aliqua bona præſciantur, quæ non prædeſtinantur: ſed hoc aliter non fit, niſi per ſcientiam mediæ. Reſp. hoc ipſo, quòd S. D. ibidem addat, *ſi prædeſtinatio ſtrictè accipitur*, ſatis indicare, quòd præſcientia non excedat prædeſtinationem latè acceptam. Nam prædeſtinatio largè accepta eſt quocumque decretum DEI, ſive poſitivum, ſive permiſſivum, & ſic præſcientia non excedit prædeſtinationem: prædeſtinatio verò ſtrictè accepta vel eſt propriæ electorum, vel eſt illorum, quæ ſunt ſolâ DEI virtute, ut conceptio Chriſti, reſuſcitatio Lazari, &c. & ſic plura præſciantur, quàm prædeſtinantur, non per ſcientiam mediæ, ſed per ſcientiam viſionis.

§. III.*Corollarium.*

Inſero ex dictis, nullam eſſe neceſſitatem vel utilitatem ſcientiæ mediæ pro expediendo negotio prædeſtinationis & providentiæ Divinæ. Ad quid enim ea deſerviret? Ideo fortè, ut per illam præviè DEUS exploraret, quid in hoc illorum ordine, hæc vel illâ gubernandi ratione ſecurum eſſet, priuſquam fixum quid, ratione que (ait Vecken diſp. 19. c. 6.) *quòd mutare nequeat, decernat in alterutram partem?* Atqui vel cæca foret hæc exploratrix ſcientia, ſi in futurorum contingentium indigeſta multitudine oberraret, quæ nullam ſuæ connexionis certitudinem habere poſſunt, ac proinde cæcum ducem ſequerentur conſequenti ad vagam hanc ſcientiam vagam gubernatio: vel certè ejuſmodi futura intrinſecam haberent & neceſſariam connexionem cum conditione, nec ipſa certitudinem ſuæ futuri-
nis